

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5378

Auteur(s) : Eustache Trevieres [particulier]

Bénéficiaire(s) : Coutances (chapitre cathédral)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1264, octobre

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Eustache Trevieres, de la paroisse d'Orglandes, vend plusieurs terres au chapitre de Coutances pour quatorze livres tournois.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Fontanel Julie, *Le cartulaire du chapitre cathédral de Coutances*, Saint-Lô, Archives départementales de la Manche (Sources inédites sur l'histoire du département de la Manche ; 1), 2003, n° 140, p. 267-268.

Texte établi d'après a

Notum sit omnibus presentibus et futuris quod ego, Eustachius Trevieres, de parrochia de Orglandiis, vendidi et concessi et omnino in perpetuum dimisi canonicis ecclesie Beate Marie Constantiensis pro quatuordecim libris tur. quas propter hoc ab eis recepi, scilicet terram de sub Haiam inter terram Petri de Mara sitam ex una parte et inter terram la Gouhiere ex altera et butat ad quemimum quod tendit ad pontem Abbatis ; terram eciam que dicitur Dumus Paen et est sita inter terram Petri de Mara ex una parte et terram Julianae la Gouhiere ex altera et butat ad dictum quemimum ; et unam peciam terre sitam in clauso de Mara inter terram Petri de Mara ex una parte et terram Julianae la Gouhiere ex altera et transit dictus queminus per medium dicte terre ; et unum campum qui dicitur le Veigdic et butat ad domum Roberti le Hagueiz ex uno capite, ex altero ad dictum quemimum ; et duos bussellos et dimidium frumenti, unam gallinam et unum panem unius denarii ad Natale Domini, que michi debebat et reddebat annuatim Guillelmus le Canu de terra quam tenet de me in parrochia de Hauteville et est sita in Coudrario juxta terram Epyphanie la Haretele et butat ad vicum juxta domum Radulphi Valan cum homagio predicti Guillelmi Canu et heredum ipsius quem ad hoc eis attornavi et dimisi et cum omni alio jure quod ego seu heredes mei habere poteramus ; habendum et percipiendum in perpetuum decetero annuatim canonicis predicte ecclesie libere, pacifice et quiete omnia supradicta sine reclamatione et contradictione aliqua decetero mei et heredum meorum. Volo eciam et concedo quod si aliquod a domino capitali seu ab aliquo annui redditus petebatur pro supradictis tenementis quod dicti canonici haberent et perciperent duos bussellos frumenti ad mensuram de Alta Villa et quindecim cenomanensium quod michi debet Guillelmus Bequet annuatim de tenemento quod tenet de me apud Aplegart. Juravi etiam supra sacrosancta evangelia omnia supradicta fideliter observare et tenemur ego et heredes mei predictis canoniciis hec predicta garantizare et deliberare contra omnes bona fide vel alibi in propria hereditagio nostro valore ad valorem excambiare, si forte garantizare non possemus. In cuius rei testimonium perpetuum et munimen, presentem cartam sigilli mei munimine roboravi. Actum anno gracie M° CC° LX° quarto, mense octobris.